

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Commentarius in VIII libr. philosophicorum Arist.
exceptus a Michael Schweizer, mon. Salemitani professo -
Cod. Ettenheim-Münster 359**

Specius, Johannes

[S.l.], 1596

Nobili, strenvoque viro ac domino ioanni achilli ilsvngo [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-132384](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-132384)

NOBILI, STRE-
 NVOQVE VIRO AC DO-
 MINO IOANNI ACHILLI ILSVNGO,
 D. IN KHVENENBERG ET LYNDIA, SACRAE
 CAESARAE MAIESTATI A CONSILIIS, &c. Do-
 mino ac Patrono suo plurimum ob-
 feruando, S.



TSI EA EST OMNIUM PAR-
 tium totius Philosophiae praestantia
 vt neminem scientiae ardore aestuan-
 tem in maximum sui amorem non
 rapiant, in demirationem non in-
 ducant, in defixam ac intentam co-
 templationem non impellat, rerum
 tamen naturalium motus (cuius vel
 ipsae species oculorum aspectui ob-
 iectae, splendore suo summo opere ho-
 minum mentes oblectant) id singulari praereliquis modo fa-
 cere consuevit. Nam si vtilia amamus, nobilia admiramur,
 subtilia contemplantur, an non summo nos Motus amore,
 summa admiratione, summoque contemplationis studio capi
 necesse erit? enim vero si motus vtilitatem consideres, ea tibi
 vel mediocrem mentis aciem intendenti perquam varia occur-
 ret; si eiusdem materiam, reperies profecto nobilissimam; si
 etiam subtilitatem, infinitis propemodum tricis intricatam:
 quae enim cognitio humanis visibus magis inseruire potest, quam
 illa, quae ad latentes abditasque naturalium effectorum causas
 & ipsarum causarum vim, & perfectionem videndam magna
 ex parte monstrat viam? aut quae nobilior hac potest esse
 doctrina, ex qua progressa est Philosophia ad inuestigationem
 tum earum mentium, quae coelestes sphaeras circumuoluunt,
 A 2 tum

Magnus Lochner

GNATO
 I CONDI
 VLO.
 bimateries
 gis aptat uo
 ueat.
 min, Locher
 mine Magn
 Magnus es ing
 lectitur omni
 a sonet, illa
 in te, ter Mg
 mine, Mater
 Motu ter Mg
 on, Gloria nep
 HIEREMIAE
 Landspogent
 puz Baccant

tum etiam supremæ causæ, id est, Dei, in quem ut in omnium rerum fontem & originem motum omnem desinere necesse est? aut quæ demum subtilitate implicatio potest esse difficultas philosophica, in qua enodanda tot præstantissimorum acutissimorumque ingeniorum libri sunt tori? Hac igitur de re positiones quasdam discutiendas positurus, apud animum meum proposui, cum huic negotio præficere, cuius magnis in rebus satis spectata esset prudentia atque nobilitata virtus: talem autem defensores, quem quisque sibi deposcit, cum pararem, tua protinus non inuocata oculos meos perstrinxit imago. Quod si ergo cum quem imago hæc mihi retulit, in patronum adoptavi, id factum ignoscere, hortabatur enim me ad hoc tua singularis in litteratos omnes facilitas ac benevolentia; hortabatur me grauissima nominis tui autoritas, quæ ut multa variæque terræ clymata, partim studiorum, partim aliarum præclarissimarum rerum gratiâ peragravit, ita multum eam ponderis huic meæ disputationi allaturam esse autumavi; hortabantur denique me maxima tua, quæ in me extant beneficia, nam ut cetera, quæ recensere nimis longum foret, tacitus præteream, hoc certè, quod caput esse videtur, leui saltem transcenna non possum non inspicere. Ecquid illud? quem viuus pater incultam tolerare vitam voluerat, cum tu patre defuncto, iis primùm litteris, quæ ab ipsa humanitate nomen sortitæ sunt, excolendū, dein verò mysteriorum philosophicorum notitia in hac Nobili Dilingana Academia initiandum tradidisti. Quare hæc supra repetens, vi quasi adducor, ut nisi ore sim durissimo animoque ingratiſſimo, ad alium præter te, hanc disputationem deferre neuiquam possim. Quod si ergo hunc meum conatū qualem qualem grata ad te cymba properasse cognouero, faxo profectò, ut olim vltro currenti te calcar addidisse experiaris. Vale. Dilingæ, postridie Epiphaniæ Domini. M. D. x c v i.

Strenua D. T.

Observantiſſimus.

Magnus Lõcherer.